

Filium libere et veridice dicere potuisse : « Ego « *dæmonium non habeo*; hoc verbum solus Christus « dicere potest, ut Origenes dicit, nam ille nihil « quod dæmonis est, leve videlicet aut grave in se « habet : *Venit princeps mundi hujus et in me non « habet quidquam*. » De hac autem veritate nos « extra omnem dubium posuit, dum ait : « *Honorifico « Patrem meum*; diabolus enim honori Dei resistit, « qui ergo querit Dei honorem, alienus est a dia- « bolo. » Unde merito Chrysostomus, *Hom. xiv in Joan.*, querit : « Quis dæmonium habet, num qui « Deum honorat, an qui honoribus Deum prose- « quentem contumelia afficit? »

5. — Omnes sacri Expositores unanimiter intenti « sunt, ut virtutem admirarentur benignissimi Salvatoris « nostri, quam in hac responsione exhibuit, siquidem « in ea offensum aut lesum se esse ostendit, in « eo unde offendebatur Deus, non vero in injuriis sibi « tanquam personæ private illatis, adeoque adimple- « tum est in eo quod S. Petrus, *1 Epist.*, n. 23, postea « hac de re scripsit, scilicet : *Cum malediceretur tunc « maledicebat, cum pateretur, non comminabatur*. Caje- « tanus quoque hac de re ita scribit : « Non ad con- « tumeliam propriam qua appellatus est Samaritana- « nus, sed ad injuriam Dei, qua dictum est : *dæmo- « nium habes*, respondit; hæc enim directe tollebat « fidem credentium, tollebat veritatem doctrine, « nocebat populo. »

6. — Hugo Cardinalis ita scribit : « Hic in duo- « bus nos instruit : Primo, scilicet, quia cum eri- « men nobis imponitur, debemus levi excusatione « nos expurgare, ne pereat fama, quæ necessaria « est propter proximum. Secundum est, quia inju- « riam Dei debemus omnibus modis vindicare, nos- « tram autem patienter tolerare. » Etenim cum « majori mansuetudine Christus respondere non po- « terat, sique enim injurias acceptas injuriis recipi- « cas compensavit, neque vitia aut excessus illorum « ulla in re detulit. Unde Salméron inquit : « Dat « nobis exemplum, ut cum adversarii nobis falsa « mala impingunt, vera eorum mala taceamus. » « Quo virtutis actu se dæmoniacum non esse in affectu « probavit : « Tam mansuetus responso ostendit se « dæmonem non habere; non enim dæmonium est, « ad convicia patienter et mansuetus se prestare. » « Quod si non se. sed ipsos vere a dæmone possessos « esse asseruisset : « Verum utique dixisset; » inquit « Beda, « quia nisi impleti dæmonio, tam perverse « de Deo loqui non possent; sed accepta injuria, « etiam quod verum erat, dicere veritas noluit ne « non dixisse veritatem, sed provocatus contume- « liam reddidisse videretur. Ex qua re quid nobis « innuitur, nisi ut eo tempore, quo a proximis ex « falsitate contumelias accipimus, eorum etiam « vera mala taceamus, ne ministerium justæ cor- « reptionis in arma vertatur furoris. »

7. — Ocurrit hoc loco sententia quedam Chry-

sostomi examine et ponderatione dignissima. Dicit « enim, *Hom. de Susanna* : « Longe gloriosius est, « admirationem Christi injuriam tacendo tolerare, « quam superare respondendo. » Tametsi enim is « qui injuriam receptam alia majori a se repellit, « alterum superasse videatur; revera tamen non est « ita; siquidem teste S. Bernardo, *Serm. ad milites « templi*, « infelix victoria est, qua superans homi- « nem succumbit vitio; os pravi tanti non est, ut « quis illud dignetur responso. »

8. — Chrysostomus, *Hom. xi in 1 ad Thess.*, ad « idipsum magis elucidandum familiari satis et « practica utitur similitudine, quando enim in domo « aliqua duæ januæ sibi mutuo oppositæ aperte « sunt, per quas utrimque ventus perflare possit, « magnus ventorum ex utraque parte ingredientium « videbitur conflictus : « Si vero alteram clausuris, « nihil prodest ventus, sed magna pars virium ejus « præciditur, ita nunc quoque duæ sunt januæ, os « unum et ejus, qui te contumeliis afficit et convi- « cis; si tuum clausuris, extinguis totum spiritum, « sin autem aperueris, non potest collidere. » Idem « quoque Chrysostomus in alia quadam homilia sala- « briter nos monet, ut contra illatas injurias, non « pugnemus, aut reciprocas inferamus injurias, sed « cedamus potius modeste et patienter, quia « malum « hominem tacendo et locum dando melius vincit « quam respondendo; quia malitia non instruitur « sermonibus, sed exaltatur; » ac prout eade ne- « te ob id superatum et oppressum esse credas, « maxime si verum est, quod S. Valerianus hac de re « scribit : « Plena victoria est ad clamantem tacere et « non respondere provocanti. » Surius de sancto « quodam viro Canonico regulari refert, quod cum is « gravibus injuriis et iniis ab æmulis quibusdam suis « impetitus tacuisset, is interrogatus cur in honore « et reputatione adeo enormiter læsus, se non defen- « disset, responderit : Quid si in domum igne conla- « grantem, ad eum extinguendum oleum desuper « effunderes? numquid ad illius incendium promo- « vendum potius quam restinguendum concurreres? « Cum igitur æmulus meus ira intus et furore velut « igne succensus sit, ego utique illum injuriando, « conviciando, replicando, confundendo, ignem potius « adjecto novo igne, vel superfuso oleo adaugerem, « quam sedarem incendium. Et ideo, *posui ori meo « custodiam, cum consisteret peccator adversum me. « Obmutui et sivi.* »

Honorifico Patrem meum, et vos inhonorastis me.

9. — Salméron valde suspicit et admiratur glo- « riam illam, quam Dei Filius ex hac sibi illata con- « tumelia reportavit, dum illum tanta cum virtute « supportando, eodem prorsus tempore modestissime « repulit : « De presenti honorifico, vestram contu- « meliam, ad Dei gloriam, æquo animo ferendo, et « honorare Deum non est opus dæmonis, qui Dei

« gloriam furatus est olim et semper quantum in se « est, furatur. »

10. — Enimvero qualiter Christus æternum « Patrem glorificavit, Carthusianus his verbis decla- « rat : « Verbo et opere et in omnibus exhibeo hono- « rem, cultum et obedientiam Deo Patri, secun- « dum quod homo sum. Ex quo patet sanctitas vitæ « meæ et quod cum dæmonibus non concordo, sed « eorum cultum destruo, idololatriam reprobo, vitia « damno, hominesque ad Deum converto, ut eum « in omnibus toto corde diligant et honorent. »

11. — Theophylactus Christum Patrem suum « ejus gloriam et honorem zelando honorasse scribit : « Quomodo autem honorabat Patrem? ulciscens « illum et non sinens eos, qui homicidæ erant ac « mendaces, Salvatoris et veritatis filios nominari. »

12. — « Vos inhonorastis me, tum non præstan- « tes mihi legato Patris fidem, » inquit Salméron, « tum obijciendo me habere dæmonium et appo- « nendo juxta arcam Domini idolum Dagon, tum « denique vocando me Samaritanum. » Non culpa- « vit eos dicendo vos æternum Patrem meum inhono- « rastis, sed *inhonorastis me*, ut illis innuere, quod « quoad naturam et essentialiam divinam unus idemque « cum Patre esset; et consequenter *tacite innuens glo- « riam Patris et suam, unum esse et eundem.*

Adiciones.

a. — Respondit Jesus : *Ego dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem meum, etc.* Mirabilis est Christi mansuetudo, in tantis blasphemis et contumeliis auditis, cum veraciter quod falso in eum Judæi obijcerant, posset retorquere : Vos dæmonium habetis. Nil tale facit, ac dixit; multa mansuetudine sustinuit, ut tanto ejus proposito exemplo, quilibet nostrum, ait D. Augustinus, *tract. xliii*, « ejus « imitemur patientiam. »

b. — Per mansuetudinem mirabilem in tot auditis blasphemis, injuriis et calumniis, Christus Do- « minus nobis indicare voluit, valde sibi complacere, magnamque esse meritum, virtutem et remunera- « tionem apud Deum, eorum qui calumnias fortiter « et patienter sufferunt. Apud S. Mattheum, v. 3, de « modo ad regnum caelorum perveniendi disserens, « in octo a se recensitis beatitudinibus, varias ad « celum vias nobis demonstrans, ait : *Beati pauperes « spiritu, etc.* Observandum vero est, quod dum de « calumniis et imposturis ejus amore patienter tole- « randis disserere cepit, ad Apostolos se convertens, « cum his solis locutus fuerit. Prius enim loquebatur « ad turbas : *Videns Jesus turbas, ascendit in montem, « adeoque de beatitudinibus disserens, convertit se « ad populum; at vero quando de virtute quadam « adeo heroica, qualis est tolerantia et patientia « constans sub iniustis calumniis exhibita, loquendi « phrasi mutata, solos scholæ suæ discipulos est allo- « cutus. Unde S. Thomas ait : « Instruit generaliter*

« de iis quæ erant perfectionis; hic sermonem ad « discipulos dirigit dicens : *Beati estis cum maledice- « rint vos, etc.*, » quasi illis dicere voluisset : Calu- « mnia patienter sustinere, ex his fructum reportare, non est equislibet, sed illorum duntaxat, qui « in statu perfectionis consistunt. Unde eidem sub- « junxit : *Gaudete et exultate, quoniam merces vestra « copiosa est in caelis.* Cornelius a Lapide hanc Christi « promissionem bene ponderans, ita scribit : « Summa « beatitudo est, pro Christo, pietate et virtute, pa- « tienter et generose, imo et hilariter ferre calum- « nias; in hoc situs est apex divinus, christianæque « virtutis, ac perfectionis, » adducitque sancti sui « fundatoris exemplum, qui in Constitutionibus Soci- « etatis, *Regul. xi*, summaris Const. hanc suis calumniarum sufferentiam imponit, eo quod in vir- « tute illius, Christo Salvatore nostro vere conformemur.

c. — Mansuetissimum hoc Salvatoris nostri responsum miratur S. Chrysostomus, *Hom. lvi in Joan.* « Dicentibus illis, » ait : « Patrem Deum et Abra- « ham habemus, in eos invecutus est vehementius; « cum vero dæmonium habere insinulatur, lenis- « simum se exhibet, ad nos erudiendum ut que « ad Deum pertinent, majorem in modum defen- « damus; quæ ad nos contemnamus. » Proprias enim dissimulare injurias, virtutis opus est; eas vero que Deo inferuntur, impietas est. Zelus de- « fendendi nominis Dei contumeliati populo Hebraico « adeo vehementer impressus erat, ut ad indicandam « inde conceptam tristitiam, vestes suas a capite ad « calcas usque lacerare conseruissent, idque non tantum « penes privatos homines in usu erat, verum « etiam apud Reges et Pontifices. Ezechias Rex mox « ut blasphemias, quas Rabaces contra Deum et « templum sanctum ejus evomuerat, audivit : *Scidit « vestimenta sua et obvolutus est sacco.* Ubi Procopius « ait : « Mos erat Judæis, si quas in Deum blasphe- « mias audissent, vestes suas lacerare. » Idque ex « eo precipue mysterio faciebant, quia, « ita suis se « purgati criminibus arbitrabantur, si audita in « Deum blasphemiam, suas vestes lacerassent; quod « et hic etiam faciebant, tanquam impiorum ver- « borum ex auditione facti participes, vel propter « factam Deo contumeliam. » Didaeus Stella conside- « rat, quod quando Scribæ et Pharisei, qui Christi « divinitatem minime credebant, Salvatorem adie- « runt paralytico dicentem : *Remittuntur tibi peccata « tua, dixerunt : Quis est hic, qui loquitur blasphemias?* Tametsi enim in judicio divinitatis, ob noti- « tiæ fidei defectum erraverint, ardentem nihilomi- « nus demonstrabant zelum, qui cor ipsorum in « furorem adegit, quando divinitatem per blasphemiam contumeliari audiebant. Unde idem Stella ad « nostram eruditionem hoc subinfert documentum : « Exemplo Phariseorum, » inquit, « oportet nos « omnibus modis abominari blasphemos et glo-

« riam, quæ solius Dei est, alteri non dare. Pharisæi blasphemiam accusant ubi non est; nos vero impiissimos blasphemos accusare pudet. »
d. — Ecce injuriam suscipiens Christus, correctionem dissimulare non vult: correctio enim, sub præcepto tam divino quam naturali, obligat omnes, maxime superiores. Ast cum mansuetudine hanc correctionem temperandam esse docet.

VERSUS 50.

Ego autem non quero gloriam meam; est qui querat, et judicet.

Ego autem non quero gloriam meam.

1. — Cafetanus hanc illis verbis adhibet interpretationem, videlicet: « Intentio mea secundum quod sum homo, non tendit ad hoc, ut ego homo in præsentia glorificer a vobis; intentio tamen Dei tendit ad hoc ut vos glorificetis me; » unde subdit: *Est qui querat*, quasi dicat: « Aeterni Patris voluntas quæ, ut Filius ejus glorificetur.

2. — Dionysius Carthusianus, ut nostram condemnat superbiam, in sensu morali ita scribit: « Christus, secundum quod homo, non quaesivit gloriam secularem, mundanum honorem, vel aliquam vanitatem; incomparabiliter igitur minus spectat nos vilissimos peccatores querere gloriam propriam, velle dominari, præesse et glorificari; » nec hoc humiliter se deprimere poterit. Christus ob humilitatem suam vel maxime glorificatus fuit, quia honor fugientem se sequitur semper. Unde S. Hieronymus de S. Paula ita scribit: « Quæ unius urbis contempsit gloriam, totius orbis opinione celebratur. » Moyses itidem *negavit se esse filium filia Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporis peccati habere jucunditatem*; et quia Egypti sceptrum contrectare et gubernare noluit, ideoque se ad greges pascondens in vastum quoddam desertum se recepit, Deus illum Deum Pharaonis esse voluit, de quo proinde S. Ambrosius ait: « Fugiendo potentiam potentior factus est, factus est enim in Deum regi Pharaoni, » et in generalissimum totius populi Dei duem.

Est qui querat, et judicet.

3. — Circa hæc verba V. Beda ita scribit: « Illi citas contumelias Patris judicio reservat, ut nobis profecto insinuet, quantum patientes esse debemus, dum adhuc se ulcisci non vult et ipse qui judicet; » seculares quidem homines qui de honoris apicibus non lædendis solliciti sunt, de receptis se contumelias vindicare summæ sibi gloriæ ducunt, Dei autem Filii in iis condonandis gloriam suam repositam habet. Unde S. Paulinus, *Epis.* II, ait: « Vicem injuriæ reddere humana

« ultio est, at inimicos etiam diligere vindictæ celestis est. »

4. — Eam quidem, quæ personæ suæ irrogabatur injuriam patienter sustinuit, at vero non item eam quæ Patrem suum offendebat, idque ut Chrysostomus, *Hom. XIV in Joan.*, ait: « Ad nos erudiendum, dum, ut quæ ad Deum pertinent, majorem in modum defendamus, quæ ad nos, contemnamus; » nec tamen quis ideo existimare debet, quod injuriæ ejus amore toleratæ impunes sint dissimulandæ, siquidem Spiritus Sanctus expresse dicit, *Rom.*, XII, 19: *Mihi vindicta, et ego retribuam*; id quod Christus multo manifestius nobis hisce verbis protestatur dicens: *Est qui querat, et judicet.* « Est qui querit gloriam meam, qui et ipse potest judicare, » inquit Theophylactus, « et condemnare eos, qui me injuria affligunt; sepe enim quis querit ulcisci et nequit ipse judicare; propterea dixit: *Est qui querat, et judicet.* » Quibus verbis ex mente Hugonis Cardinalis severissimum prædixit supplicium, quod illis a divina justitia suo tempore immittendum erit: « Punivit enim pater peccatum eorum in captivitate eos tradendo et justam penam executionis eis infligendo. »

ADDITIONES.

a. — *Ego autem non quero gloriam meam; est qui querat et judicet.* Magnum jus habebat Christus ad querendam gloriam suam, id est, divinum honorem sibi debitum, et tamen dicit: *Non quero gloriam meam*; ad confusionem eorum maxime vero hypocritarum, qui ita proprie gloriæ sunt cupidi, ut quicquid ad Dei cultum pertinet, sibi servare faciant. Peccatum hypocrisis in hoc differt ab aliis peccatis quod in hisce committendis, ut plurimum, velut instrumentum concurrat fomes concupiscentiæ inane, vel demon eum suis suggestionibus, quibus nos tentat, vel mundus cum suis illecebris, quibus nos allicit; non vero idem fit in hoc vitio hypocrisis, in quod committendum, ipsamet Deum velut mediatorem et instrumentum adhibemus; huic enim per propria arma sua bellum inferimus; siquidem per dona et gratias quibus nos complectitur, hostiliter eum aggredimur, isdemque in ejus offensam turpiter abutendo. « Sanctitatem avertit in crimen, » inquit de hypocrisis D. Chrysologus, « placionem facit reatum, generat de proliptione discrimen. » Illa enim opera, quibus Deum magis placare, ejusque gratiam et amicitiam sibi comparare debent, ad inordinatas passiones suas fovendas, ad sectandam vanitatem, superbiam et majorem Deum offendendi libertatem applicat et adhibet.

b. — Vide, o Christiane, quantum jus habeat Christus ad querendam gloriam suam, id est, ut explicat Leontius, divinum honorem, tanquam Deus et Judex, vindicando injuriam sibi illatam. Non

VERSUS 51.

Amen, amen dico vobis: Si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum.

quæ; idque in confusionem illorum qui ita proprie sunt cupidi gloriæ, ut gloriam hominum gloriæ præferant æternæ. Etenim inordinata hæc ambitionis et vanæ gloriæ passio, adeo sæva est, ut Salvator noster hunc scopulum a suis Apostolis necessario submovendum esse duxerit, eo quod et hi de primatu inter se contenderint, non sine metu aliquo, ne id in Magistris sui notitiam perveniret. *Facta est contentio inter eos, quis eorum videretur esse major*, ait S. Lucas, XXII, 24. Postquam vero Redemptor noster domum reversus, quique in spiritu enucta, quæ inter se locuti fuerant et fecerant, audierat et viderat, eosdem, qua de re contendissent interrogavit. « Illi autem comprehensi a Domino in sermone ambitionis erubescentes, » dicit S. Thomas de Villanova, « primo tacuerunt; deinde res pondere compulsi, mutato eloquio, quasi de aliis quaerunt: *Quis putas major est in regno caelorum?* » Quia vero ideo quaesierat ab eis discepcionem, ut curaret ambitionem, ita quaestionem solvit, ut morbum magis curet; advocans parvulum, statuit eum in medio, dicens: *Nisi efficiamini ut parvulus iste, non introbitis in regnum caelorum*; ac si diceret: Dicitis inter vos quis vestrum major sit futurus in regno caelorum? Ego dico vobis, ut videatis an illic ingrediemini; hæc enim disputatio vestra longe est ab ingressu regni caelorum: « per humilitatem tendit. »

c. — Profecto minime quaesivit gloriam suam, qui non rapinam arbitratum esse se se æqualem Deo, sed excinivit semetipsum, formam servæ accipiens, in similitudinem hominum factus et habitu inventus, ut homo.

d. — *Est qui querat et judicet.* Cum, ut dicitur, *Joan.*, V, Pater omne judicium dedit Filio, cur ergo ipse non judicet, sed Patri remittit? Pulchrum certe ut nobis det de tolerantia injuriarum documentum. Tertullianus de invincibili Christi in illatis injuriis patientia disserens, ita scribit: « Non contemdit, non reclamavit, nec quisquam in plateis eorum vocem ejus audivit, arundinem quassavit, tam non fregit, limum fumigans non restinxit, nec enim mentitus fuerat Propheta, imo ipsius Dei contestatio, spiritum suum in Filio cum tota patientia collocauit. » S. autem Petrus, Princeps Apostolorum, I *Epis.*, II, 12, ait: *Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus, qui cum maleheretur non maleherat, cum pateretur, non comminabatur.* S. Ambrosius ad hæc verba se reflectens, addit: « Ad ejus ergo similitudinem, atque imaginem, justus cupiens suæ vite instituta formare, accusatus læcet, lesus remittit, dissimulat læcessit et non aperit os suum, ut illum imitetur, qui sicut agnus ad victimam ductus, sic non aperuit os suum et cum possit habere quod referat, magis vult silere quam dicere. »

1. — S. Thomas, in *Joan.*, hoc loco ad summam Christi mansuetudinem nobis representandam, optime observat quod inimici suis bonum pro malo reddiderit; dicit enim: « Sciendum quod quamvis Christus læcessit esset injuriis et opprobriis, non tamen destitit a doctrina; sed postquam habere dæmonium dictum est, prædicationis suæ beneficia largius impendit, in quo datur nobis hoc exemplum, quod cum malorum perversitas crescit, et per opprobria hominum conculcantur, qui convertuntur, non solum prædicatione frangi non debet, sed etiam augeri. » Salmeron vero contra opinatur Christum prædicationem suam brevi temporis spatio intermisisse, donec irrogatas sibi diluisset calumnias et contumelias: « Postquam injuriis objectis satisfecit, redit Dominus ad verbi sui, quod prædicabat, commendationem et quod illi impudentes dæmoni tribuebant, et urget ad fidem tanto premio proposito, et docet « ne ob injurias a deo beneficio refrigescamus. » Postquam enim doctrinam suam, quæ alta, incomprehensibilis et celestis erat, veluti a dæmonio sibi acquisitam calumnialiter fuissent, calumniam hanc falsum esse ostendit, quando æternæ veritatis verbo asseruit, dicens: *Amen, amen dico vobis: si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum*; certum est etenim dæmonem mortis, non vero vite, maxime æternæ auctorem esse. Unde Chrysologus ait: « Dæmon mali auctor, mala promittit, non bona; occidere, non vivificare consuevit. Ergo non est dæmon, sed Deus est Christus, qui reonat, quam donaverat vitam. »

2. — Considerandum quoque hic est dictio illa *servaverit*; hæc enim Salvator noster utitur, ne quis sibi persuadent, ad mortem æternam evadendam sufficere quod voci et verbo Dei aures nostras arrigamus. Unde dictionem hanc Salmeron ita exponit: « Si quis sermonibus meis Evangelicis obtinuerit, fide illos excipiendo, affectu amando et manibus operando. » Cui consonat expositio Jansenii dicens: « Nisi simpliciter audierit, sed auditum etiam servaverit; » id est, ut Albertus Magnus ait: « Per amorem et amoris impletionem. » Notandum quoque Christum non dicere *servat*, in tempore presenti, sed *servaverit*, ut denotet perseverantiam. In quæ verba D. Thomas idem quasi notat, dum ait: « Servaverit, primo quidem per fidem et jugam meditationem, *Prov.*, IV, 4: *Dilige eam et conservabit te.* Secundo vero, per operis impletionem. » S. Bonaventura dicit: « *Servaverit*, scilicet et in corde, et in opere. *Qui habet*

« mandata mea, et servat ea, ille est qui diligit me. » Joann., xiv, 21. » Theophylactus ait: « Hoc est credendo simul, et vitam habens puram; tunc enim vere quis tenet doctrinam Domini, quando et puram habet vitam. » Desiderabilia super aurum, inquit Psalmista, Psal. xvm, 11, et lapidem pretiosum multum, et dulcora super mel et favam; etenim servus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa. Et quidem idipsum de præceptis Dei assertur, de ejus pariter verbo dici potest, de quo similiter ita scribitur Psal. xi, 7: *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum.*

3. — Glossa ex eo quod Michol ob derisum et contemptum Davidem maritum suum, perpetua quadam punita fuit sterilitate, morale hoc elicit documentum: « At contra filia Saul cubiculum regis ingressa nullos concepti seminis fructus dat quia qui verbum Dei auretenu percipiunt, absque boni operis prole diem perpetuæ mortis expectant. »

Mortem non videbit in æternum.

4. — Id est, nusquam experietur, seu sentiet mortem temporalem; quia nec in præsentia privabitur vita gratiæ, nec in futuro vita gloriæ. » Quisquis verbum Dei cum fructu auscultat, illudque in corde suo conservat, vivam quoque amicitiam et gratiam Dei continuat, atque ab illius offensis pro viribus absinet. In cæpi probationem S. Thomas adducit Ecclesiasticum, xxiv, 30, 31, textum: « Qui operatur in me, scilicet in divina Sapientia, non peccabunt, et qui eluciant me, vitam æternam habebunt; et congrue tali merito debetur tale præmium, nam vita æterna præcipue in visione Dei consistit: *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum.* Hujus autem visionis quoddam principium in nobis fit per verbum Christi, » Matth., xiii. »

5. — Jansenius ita exponit: « Non videbit, id est, non experietur; non sentiet mortem in æternum, quia ab æterna morte erit liber, et mors corporis ei mors non erit, sed somnus et migratio; mors etenim terribilis et formidanda quidem est impiis, non vero justis, imo hi mortem quasi suavam quendam somnum esse experientur. Idem quoque Auctor aliam quendam observationem ingeniosam subiungit, dicens: « Circa que verba, notandum, idem a Domino promitti servantibus sermonem ejus, quod supra promissit manducantibus carnem ejus, ut intelligamus verbum Dei æquari in hac parte Eucharistiæ; ultrumque enim est panis; mentem hominis nutriens et vivificans. » Albertus Magnus illa verba: *Non videbit mortem*, ita exponit: « Hoc est æternæ mortis amaritudinem non experietur, Sap., vi, 19: *Cusamodit legum consummatio incorruptionis est.* »

6. — Ex his quoque verbis efficacia verbi Dei

clare deducitur, de qua Verbum æternum in S. Joanne, v, 21, ita loquitur: *Sicut Pater suscitavit mortuos et vivificavit, sic Filius quos vult vivificavit.* Modum autem quo animabus nostris vitam donat, declarare volens, subiungit: *Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit et credit ei, habet vitam æternam.* Etenim anima que in peccatis suis sepulta quasi computrescit, si ad audiendam vocem et verbum Dei cor suum aperuit, protinus ad gratiæ vitam redibit. Unde S. Bernardus ait: « Licet mortuus in peccato, si audieris vocem Filii Dei, a vives; sermo enim, quem loquitur, spiritus est et vita est. » Ezechielis cap. xxxvii legimus, Denm huic Prophætæ campum quemdam ostendisse nudis mortuorum ossibus et cineribus refertum, eique præcepisse ut conversus ossa isthæ circumquaque respiceret ac demum interrogasse illum: *Fili hominis, vultusne vivent ossa ista?* Qui respondit: *Domine Deus, tu novisti, Cui Deus subiunxit: Vaticinare de ossibus istis, et dices eis: Ossa arida, audite verbum Domini.* Quodnam obsecro majus poterit videri prodigium, quam quod Sapientia illa in creata Prophete imperarit, ut aridis illis cadaverum cranis, ossibus et cineribus, qui nec aures habent ad audiendum, nec cor quod voci et verbo ejus aperiri possit, verbum Domini pleno ore ferventer prædicet? At vero Propheta subiungit: *Hæc dicit Dominus ossibus his: Ecce ego intromittam in vos spiritum, et vivetis, et dabo super vos nervos, et vescere faciam super vos carnes, et scietis quia ego Dominus.* Eodem igitur modo invenietur fortasse et peccatoribus quispiam, qui in vitio vel peccato aliquo certo ita fuerit radicatus et habitatus, ut vitium istud ipsa quoque ossa et medullam ejus penetrare videatur, cujus etiam cor instar aridi cineris exsuscitandum sit, qui tamen si ad locum aliquem devenerit, ubi alter quidam Ezechiel, vel prædicator Apostolicus verbum Dei annuntiarit, se ad vitam gratiæ denuo resurrecturum esse sperare haud inmerito poterit: *Hæc vobis spiritum et vitæ, et scietis quia ego Dominus.* Joann., v, 25: *Amen, amen dico vobis, quia venit hora, et nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei, et qui audierint, vivent.* Ubi S. Augustinus dicit Christum illis verbis non loqui de judicio finali, *quando in jussu et voce Archangeli et in tuba Dei descendet de celo, et mortui qui in Christo sunt resurgent;* quia judicium illud etiamnum futurum est; at vero hora illa jam venisse dicitur: *Et nunc est;* adeoque non de corporum, sed de animarum resurrectione, que in virtutem vocis et divini verbi sui fiet, loquitur. S. Ambrosius de viduæ Naimitice filio loquens dicit: « Quis est iste tumulus tuus, nisi mali mores; tumulus tuus perfidia est, tumulus tuus guttur est: *Sepulchrum patens est guttur eorum;* ab hoc sepulchro te liberavit Christus, ab hoc tumulo surges, et si audies verbum Dei. »

VERSUS 52.

Dixerunt ergo Judæi: Nunc cognovimus quia dæmonium habes: Abraham mortuus est, et Prophete, et tu dicis: Si quis sermonem meum servaverit, mortem non gustabit in æternum.

1. — Ipsimet Judæi hisce verbis aperte fassi sunt, quod antea Christo per calumniam et injuriam imposuerint, dicendo: *Dæmonium habes, siquidem dixerunt: Nunc cognovimus.* Unde Salmeron ait: « Dicendo, *nunc cognovimus*, ostendunt se id prius non nisi mendaciter et calumniose Christo objectasse; est autem in mundo communis hic morbus, ut perique Christi gratiam et beneficia sensu carnis tantum æstimant. » Jansenius existimat quod quando prima vice dixerunt: *Dæmonium habes*, illam non habuerunt cognitionem qualem sibi nunc post habitum Christi cum ipsis discursum habere videbantur: « Significat se hoc prius, cum illi objecerint, non cognovisse, aut non satis cognovisse. » Vel etiam, ut Toletus exponit, non negat se antea illum dæmoniacum esse cognovisse, sed ostendunt: « Illud idem esse sufficiens argumentum id affirmandi, etiamsi nullum aliud præcepisset; solemus enim dicere: « nunc novi te amicum; nunc intelligo te virum doctum, id est, vel ex hoc solo nosco te amicum, te virum doctum; sic nunc, vel hoc solo, satis ostendis te dæmonem habere, etiamsi nihil aliud dixisses, vel fecisses. » Dionysius Carthusianus ait: « Tam insensate tamque manifeste mendaciter loqueris, quod qui paulo ante opinabamur te dæmonium habere, illoque instiganti, stultissime loqui, nunc certi sumus de hoc. »

2. — Cajetanus ex hæc verborum interpretatione deducit, Judæos Christum in tantum existimasse dæmoniacum in quantum illum reputabant esse fallacem, impostorem, mendacem: « Impossibile reputabant veritatem verborum Jesu et propterea dicunt se nunc cognovisse quod dæmonium habebat, utpote loquens manifeste falsa. » Unde manifeste colligitur, quantum homini infamiam mendacium conciliet. Enimvero certissimum esse novimus quod ipsamet prima et æterna Veritas in eodem capite de dæmonio loquens dicat: *Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, et pater ejus.* S. Thomas dicit: « Ponit peccatum dæmonis contra Deum, quod consistit in hoc quod avertit se a veritate, quæ Deus est, primo ostendit eum a veritate aversum; secundo ostendit eum veritati contrarium. » Diabolus primus mendacii inventor fuit, qui deinceps per idem omnes suos sequaces seducit. Unde Origenes, in cap. viii Joann., ait: « Diabolus mendacium genuit, seductus est a semetipso; in hoc deterior, quod alii ab eo falluntur, ipse sibi deceptionis est auctor. » S.

Augustinus ait: « Quomodo Deus Pater genuit Filium veritatem, sic diabolus lapsus genuit quæ sit filium mendacium. » S. Thomas scribit quod Judæi in injuria, quam Christo impeggerant, dicendo: *Dæmonium habes*, in tantum fuerint confirmati, in quantum se falsitatem mendaciæ ejus manu sua tangere et palpare credebant: « Hoc ideo dixerunt, quia noluit est apud Judæos, quod adinventor peccatorum est diabolus, et præcipue mendaciæ, secundum illud III Reg., xxii, 22: « *Egrediar, et ero spiritus mendax in ore omnium.* » Jam ipsum audierant dicentem: *Si quis sermonem, etc.*, id quod illis evidens videbatur falsitas esse, siquidem ipsum de morte corporali, non vero de spiritali et æterna locutum fuisse credebant: « *Dæmonium habes*, quasi dicant: Ex instinctu dæmonis mendacium loqueris. » Porro ut ipsum de mendacio convincerent, duo præcipue adducunt argumenta: Primo, aliquorum scilicet Abraham et Prophetarum mortem proponunt. Secundo, verba ab ipsomet prolata adversum eum adducunt, dicentes: *Et tu dicis: Si quis, etc.*, unde ipsum falsa asseruisse concludunt. S. Thomas autem in æternæ et incarnatæ Veritatis defensionem respondet: « Mortui sunt corporis, sed vivit spiritus, quia sermo Dei servaverunt. »

3. — Salmeron ait: « Ex Christi verbis calumniam strunt, ac si de morte corporis duntaxat esset locutus. » Ex quo verissimum esse liquet, quod animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus, etc., quia Christum dicere voluisse credebant, quod verbum et prædicatio ejus a morte præservaret, adeo ut hæc ratione homines in presenti vita degentes immortaliter vivere potuissent.

4. — Cajetanus malignitatem et iram ipsorum notat, dum in calumniis et contumeliis prorumpunt, sequæ impostores esse perspicue manifestant: « Vide furorem; non solum a contumelia inchoabant responsum, eum tamen Jesus eis manifeste festissime proponeret eorum salutem, sed propter prii honoris obliviscuntur, manifestantes se hæcuctenus dixisse: *Dæmonium habes*; non enim dicunt: *Nunc etiam cognovimus, sed nunc cognovimus.* Prius igitur non cognoverant, et tamen dixerunt? »

VERSUS 53.

Numquid major es patre nostro Abraham, qui mortuus est? Et Prophete mortui sunt? Quem teipsum facis?

1. — Mira cæcitas Judæorum, » inquit Dionysius Carthusianus, « experimentaliter enim constat, quod Jesus in gratia prophetiæ, in altitudine sapientiæ, in efficacia miraculorum, in conversatione spiritualium operum excessit Abraham, sed omnia ista adscripsit diabolo. »

2. — Porro Judæorum argumentum, ut Salmeron ponderat, hoc erat : Abraham, Propheta, et quotquot illis crediderunt, mortui sunt omnes, tumque verbum majoris utique non erit virtutis, quam verbum Dei fuerit; hoc autem auditum, susceptum et a prædictis diligenter custoditum ac conservatum, illos in vita superstites conservare non potuit, multo igitur minus tuum idipsum efficere poterit; sed consequentia hæc nequaquam valet : « Male inferunt, quia Dominus non de morte carnis, sed spiritus loquebatur, et quod ad illam attinet, Abraham et Propheta vivebant. » Cajetanus proinde illos cæcos appellat, eo quod se ab odio decipi et hebetari permiserint, ne suam possent videre ignorantiam : « Execrati odio non solum errant, intelligendo verba Jesu de morte corporis, sed præcipite non dubitant, non quærunt quæ sensu illa verba dixerit, sed definiunt de morte corporis dicta, et propterea obijciunt mortem Abraham et Prophetarum, quos constat sermonem Dei servasse. »

3. — *Quem teipsum facis? dicebant, quasi dicere voluissent, cur divinam tibi filiationem usurpas? Unde Salmeron ait: « Quasi sibi Filii Dei dignitatem usurparet, cum teste Apostolo, non rapinam arbitratus esse se æqualem Deo. »*

Additio.

a. — *Nunquid tu major es patre nostro Abraham? Patrem vocat Abraham, ejus germanos filios se neutiquam præstabant; ideo alia vice Christus eis exprobrat, dicens: Si filii Abraham estis, opera Abraham facite. Filios hic vocavit eos, ait D. Chrysostomus, in Psal. iv, qui antea ex viris bonis nati fuerant et Dei honorem perceperant; deinde mutati erant et evaserant delinquentes, et suum honorem perdididerant. Ut enim magis amplificaret eorum reprehensionem, eorum honorem revocavit in memoriam, maximum esse crimen ostendens, quod cum tales essent, et orti ex talibus, ad tantam se precipitassent improbitatem. Quod pariter de Christianis intelligendum venit, quorum ex eo capite peccata plurimum aggravantur; cum e contra, qui ex ignorantia peccant, quodammodo excusabiles videantur.*

VERSUS 54.

Respondit Jesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est; est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus vester est.

Respondit Jesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est.

1. — Quasi diceret, inquit Lucas Brugenensis, « falsa ac mendax est, si quid mihi attribuum præter veritatem. » Declarare enim voluit, quod nec ambiat, nec quærat propriam gloriam. Unde Sal-

meron ait: « Quia solus Deus est cognitor et approbator sui ipsius, non autem ullus homo, non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. Christus ergo se humanitus non glorificavit, quia omnis gloria, quam sibi potest attribuere creatura, vana est. » Et ratio est quia homo seu quilibet alia creatura nullum habet objectum, unde gloriari possit aut debeat, quia nihil habet quod non accepit, præterquam quod gloriari vitium sit, cum per illud injustitia committatur, dum sic gloriando alienum usurparet. Et ideo considerabilem hanc exinde deducit consequentiam: « Quod si nihil erat gloria Christi, si seipsum glorificasset, quem quæso dabis, qui se glorificando veram et solidam gloriam acquirere possit? »

2. — Toletus considerat quod Judæi Christo quem hominem aliis hominibus similem et parem esse credebant, imputarint, quasi superbo et elato animo vaniglorius esset, a qua calumnia ipse se prædictis justificare nititur, quasi dicere vellet: « Si ego tu homo, id est, ex operibus hominis solius gloriam quærerem, profecto parvi esset momenti; ad non ex humanis operibus gloria mea est, sed ex divinis, quæ feci, et facio; non ergo jactantia potestis tribuere verba, sicut nec opera, quæ non hominis, sed Dei, qui jactantia non inest, sunt: Est Pater meus qui glorificat me. »

3. — Bionysius Carthusianus verba illa Christi hunc sensum habere dicit: « Si ego gloriosum seu magnum me dico inordinate et non sub ordine sapientie Dei, secundum quod mihi imponitis, gloria mea, id est, dignitas, quam mihi ascribo, nihil, id est, nullus est reputationis, vana et falsa. » Verum quidem est quod se lucem mundi appellari et alia similia de se dixerit, quæ in jactantia vel inordinatione fecit, prout ipse calumniabantur, siquidem se id ex æterni Patris sui jussu et ordinatione fecisse protestatur, qui ipsum exallari et glorificari volebat: Est Pater meus qui glorificat me. Hic illum in Jordane et in monte Thabor manifeste Filium suum dilectum proclamavit: Hic est Filius meus, etc. « Glorificat me per opera miraculosa et per Prophetarum eloquia. »

Additio.

a. — *Ante dixerat Christus: Ego non quæro gloriam meam; sed gloriam suam nunc omnem refundit in Patrem. Sic veri Dei servi non quærunt gloriam, cunctosque solent aspernari honores, quantum possunt, divinæ tamen nequaquam obstreptant vocationi. Certissimum est enim, et negari nequit, quod inter alias condiciones, quibus aliqua quedam electa, Deoque chara, instructa esse debet, hæc una sit, eaque non minima, quod videlicet vocationi divinæ prompte, expedite et sine ulla dilatione ob-*

sequi et respondere debeat, et tamen multos Dei servos oblatos sibi honores, pro viribus respuisse videmus. De ipsomet Dei Filio, in Psalmo ii, 2, hæc scripta legimus: *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion.* Et Psalmo cx: *Dicit Dominus Domino meo, sede a dextris meis.* Unde colligitur Dei Filium eo usque preestolatum fuisse, donec ab æterno Patre suo, ut in thronum se collocaret imponeretur, præcipereturque. Id quod perfecte cum eo consentit quod Apostolus ad condemnandam ambitiosorum superbiam hisce verbis scribit, *Heb.*, v, 4: *Nec quisquam sumpsit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron.* Sic et Christus non semetipsum clarificavit, ut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum: *Filius meus es tu; ego hodie genui te.* Ad dignoscendum eum qui imperiis gerendis habilis sit et idoneus, Oleaster hoc infallibile signum esse statuit: « Quomocunque videris sub prefectura quasi sub onere genere, crede illum optime demandatum munus administrare; quem vero latum, ac gaudentem de hac re conspexeris, dicto illum utilitatem et vanitatem in dignitate quæsisse. »

VERSUS 55.

Et non cognovistis eum, ego autem novi eum; et si dixerō, quia non scio eum, ero similis vobis mendax; sed scio eum, et sermonem ejus servo.

Et non cognovistis eum.

1. — *Si enim cognovissetis me et Patrem meum utique cognovissetis; nam ut S. Philippo dixit: Philippe qui videt me, videt et Patrem, et ideo e converso qui Filium non cognoscit, multo minus in divinis cognoscat Patrem. Dionysius Carthusianus ait: « Secundum proprietatem relativam et propriam Patris rationem, nec Deum cognoverunt cognitione formata sed informi, non enim obdierunt ejus præceptis, ideo factis eum negabant; » citatque illum S. Joannis textum: *In hoc scimus quoniam cognovimus Deum, si mandata ejus observamus.* Super que verba S. Cyrillus, lib. V in Joann., ita scribit: « Nam soli cognoscere Deum suum dicuntur, qui viam mandatorum ejus perambulant, neque ab ea declinant. »*

2. — Hugo Cardinalis ait: « Non cognovistis, quasi dicat: Jactatis vos de eo, quod Deus vester sit, sed eum ignoratis, quia ei qui omnia pro eo dicit et facit, ut ipse glorificetur, injuramini et missum ab eo non recipitis. »

Et si dixerō, quia non scio eum, ero similis vobis mendax.

3. — Lucas Brugenensis ait: « Ad increpandum mendacitatem eorum, qui proprio quodam vitio mendacis studentes, veritatem opprimere satagebant. »

4. — Toletus existimat, quod Christus Judæos non ex ira vel odio mendaces appellavit, sed potius ex divinæ gloriæ zelo idipsum fecerit: « Mendaces eos appellat, non metu vindicte, sed zelo divinæ gloriæ, quæ divinitatem ejus daemone tribuunt, « Deique gloriam in jactantiam et ambitionem convertunt. »

Additio.

a. — *Est Pater meus qui glorificat me. Vos non cognovistis eum; ego autem novi eum.* Verum dicit hic Christus; non enim cognoverunt eum, nam qui dicit se nosse Deum, et mandata ejus non custodit, hic mendax est; qui circa et tu, o Christiane, vide num vere cognoscas Deum. Abominabiles enim sunt mali Christiani, qui fidem quidem exterius profiterentur, factis autem negant. S. Justinus Martyr, in apologia secunda, pro Christianis, Christianorum nomine indignos esse censet omnes illos qui fidem lingua confitentur, quam operibus conculcant et per fidem negant: « Etenim, » inquit, « qui non ita vivere conperiantur, sicut ille docuit, certum id documentum est, non esse Christianos, quamvis doctrinam Christi lingua profiteantur, non enim profitentes tantum, sed operibus simul, professionem confirmantes salvatum iri dicit. » In cujus probationem, illam adducit a Christo, *Math.*, vii, protestationem factam: *Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum celorum, sed qui facit voluntatem Patris mei.*

VERSUS 56.

Abraham Pater vester exultavit, ut videret diem meum, vidit, et gavisus est.

Abraham pater vester exultavit, etc.

1. — Christus Dominus hoc argumento Abraham se majorem esse probare voluit, quasi diceret, inquit Theophylactus: « Etenim major sum, etenim ille exultavit, ut videret diem meum, hoc est desideratum et operatum habuit illum. »

Ut videret diem meum.

2. — *Diem meum, id est, ut S. Bonaventura exponit, « tempus vitæ meæ. Unde Augustinus dicit: Totam vitam Domini corporalem, diem vocat, qui nascitur oceanum; » semper namque illi sol justitiæ splendebat, quia ipse est, de quo scribitur: *Ego sum lux mundi.* S. Bonaventura citat S. Joannem Damascenum dicentem: « Dies est, quando est sol super terram et quia ipse erat sol justitiæ, ideo vita sua in mundo fuit dies. » Lucas Brugenensis quoque hunc diem exponit de tempore, quo nobis hic in terris in carne visibiliter apparuit, dum nostram salutem operatus fuit. Salmeron similiter diem illum de tempore, quo in hac mortali vita vixit, interpretatur, dum ait: « Diem*

« effectum a Sole justitiæ irradiante, de quo Dominus: *Me oportet operari opera ejus, qui misit me, donec dies est.* » S. Thomas distinguit dicens: « Est autem duplex dies Christi, scilicet æternitatis, de quo, *Psalm. 11, 7: Ego hodie genui te.* Idem « dies Incarnationis et humanitatis, de quo infra, « *ix, 4: Me oportet operari donec dies est;* et *Rom., xiii, 12: Non præcessit, dies autem appropinquavit.* » Abrahæ autem utrumque diem videre desideravit. Et quidem de die æternitatis nulli dubium esse potest; Incarnationis vero diem oculo fidei vidit. Toletus sanctum hunc Patriarcham Filium Dei hæc nostra mortali carne induendum præcavisse scribit, utpote quem ex ejus progenie et lumbis incarnandum esse, divina ex revelatione accepit, atque ideo tempus hujus Incarnationis futuræ scire magnopere desideravit.

3. — Cajetanus dicit: « *Ut videret diem meum, id est, claritatem divinitatis mee.* » Chrysostomus, *Hom. lvi in Joan.*, de passione et morte Redemptoris interpretatur, dum ait: « *Diem autem meum hoc in loco crucem mihi significare videtur.* » Cui consentit Theophylactus dicens: « *Diem autem meum dicit crucem, nam præfigurabat illum Abraham in oblatione Isaac et arietis sacrificio; sicut enim illic Isaac ligna, ita Dominus crucem portavit; et sicut relictus quidem est Isaac, immolatus autem aries, ita et Deus quidem alienus est a passione; in humana autem natura et carne passus est.* » Traditore a cœnaculo exeunte, ut Redemptorem nostrum lictorum manibus consignaret, idem Dominus noster æternum Patrem hisce verbis fuit affatus: *Venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te;* unde liquet quod lux et claritas mysticæ hujus diei, mire adaugenda erat. Unde S. Cyrillus Hierosolymitanus, *Catec., xxxiii*, ait: « *Vides quomodo gloriam præpriam sciebat esse crucem.* »

Vidit, et gavisus est.

4. — « *Tunc vidit,* » inquit Beda, *in Joan.*, « eum in figura summe Trinitatis tres Angelos hospitio recipit, quibus profecto susceptis, sic tribus quasi uni locutus est. »

5. — Chrysostomus ait: « *Significans non invitum se ad passionem venire, siquidem laudat eum, qui in cruce delectatus est, que salus mundi erat.* » Hugo Cardinalis Abrahamum lætatum fuisse dicit, quia suam et totius generis humani redemptionem previdit: « *Per hoc ostendit Christus quod non invitum venit ad passionem, quia laudat Abraham, qui lætatus est in cruce.* »

VERSUS 57.

Dixerunt ergo Judæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, et Abraham vidisti?

1. — « *Irridentis verbum Christi, opponunt,* »

inquit Toletus, « *nondum habes quinquaginta annos et vidisti Abraham, qui toto retro sæculo fuit?* »

2. — At vero dices, ex quo Christus illo tempore triginta tribus tantum annis major non erat, cur Judæi ætatem ejus ad tanto majorem referunt? S. Bonaventura id illos fecisse dicit: « *Ob maturitatem gressus, et morum, et sermonum, et elegantiam personarum, æstimabant eum esse magne ætatis, ætas enim senectutis vita immacolata.* » Dionysius Carthusianus quorundam refert opinionem, qui ipsum majorem ætatem præ se tulisse dicunt, « *propter jejunia et labores, et propter nimiam maturitatem.* » Hugo Cardinalis ait: « *Dicit potest, quod multum laboraverat et terra calida est valde, et ita consumperat et labor, et calor, et inopia naturam ejus delicatissimam.* » Idem quoque Auctor dicit: « *Dixerunt irati, solam in eo ætatis carnem pensantes et divinam naturam non considerantes.* »

VERSUS 58.

Dixit eis Jesus: Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.

1. — « *Queritur, quare sic loquitur,* » inquit S. Bonaventura, « *et non ait: Ego fui antequam Abraham esset?* » Et cum S. Gregorio respondet, notando, quod « *ante est præteritum temporis; vox vero sum, presentis; et quia præteritum et futurum tempus divinitas non habet, sed semper esse habet, ideo ait: Ego sum; sicut: Ego sum qui a sum.* » Eandem quoque considerationem Albertus Magnus adducit, dum ita scribit: « *Non dicit fui, vel eram, quia æternitas non habet nunc præteritum, sed ut dicit Boetius: Nunc stans et non movens se, semper facit æternitatem.* » Unde Chrysostomus ait: « *In his verbis divinitatem exprimit, et sequè palam omnibus manifestavit, quia tempus passionis ejus propinquum erat, in quo se Filium Dei esse omnibus manifestaturus erat: Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum.* » *Joan.*, vii, 28.

2. — Salmeron verba hæc non solum de divinitate, sed etiam de humanitate intelligenda esse advertit: « *Hæc verba non tantum de divinitate Christi, quæ et omnia sæcula transcendit, sed etiam de Christo Deo et homine sunt intelligenda; nam ut ait Apostolus, Heb., xii, 8: Jesus Christus heri et hodie, ipse et in sæcula, quod omnibus sæculis cognitus fuerit mediator, quo placandus esset Deus et omnibus sætibus, viguit gratia mediatoris.* »

VERSUS 59.

Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum. Jesus autem abscondit se, et exivit de templo.

Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum.

1. — Quod si in publica platea, aut foro, eo tempore fuissent, facile reperiri lapides potuissent, quibus Salvatorem impeterent, jam vero in templo erant. Plinius apte ad propositum scripsit: « *Furor cum fervercit, gignit ferrum, parturit gladios, spargit lapides.* » Lucas Brugensis ait: « *Tulerunt lapides sparsim forte jacentes in area atrii profani, vel certe ex pavimento extractos, ut erat atrium lapidibus stratum et solent seditiosi furore acti quodvis obvium rapere.* » Ipsum namque per illa verba: *Antequam Abraham fieret, ego sum,* blasphemiam gravem protulisse existimarunt, atque ideo in illum tanquam blasphemum lapides jacere voluerunt: « *Ubi apparet manifestus furor,* » inquit Cajetanus, « *sine processu, sine auctoritate Judicis, sine sententia procedere ad lapidationem, non habita etiam ratione loci, scilicet templi.* »

2. — S. Bonaventura ait: « *Tanta duritia, quo curreret nisi ad lapides, ait Augustinus. Præter ejus testimonium etiam S. Anselmi auctoritatem adducit, dicentis quod saxa illa et lapides duritiam et obstinationem cordis ipsorum præfigurabant: Hoc signabat, quod insensati et obdurati, corda lapidea habentes lapideis affectibus et objurgationibus volebant obruere veritatem. Unde et ipsi lapides erant. Matth., iii, 9: Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Promisit Dominus credentibus: Auferam cor lapideum de carne vestra; in figura duritiæ illorum fuit lex eis data in tabulis lapideis.* »

3. — Salmeron lapidationem hanc, cui se Judæi jam accincturi erant, in ea quam Judæi Moysi, *Exod., xvii*, et David, *1 Reg., xxx*, intenterant, præfiguratum esse dicit.

4. — Idem quoque Auctor: « *Agnosce nostram insignem stultitiam, cum enim nobis Dominus Jesus se vult ostendere, lapidibus eum volumus petere. Lapidatio, ignis, suspensio et fustigatio legis erant pæne; crux autem Romanorum supplicium erat, ne quis ergo Dominum legis obnoxium esse dicat, noluit pæna legis mori; nec alia die, qua licebat Judæis lege agere, ne ex hoc injusta appareret eorum sententia. Noluit præterea lapidari, quia lapides debebant in passione testari et prædicare ejus Divinitatem.* »

5. — Toletus refert S. Augustinum a S. Bonaventura citatum, qui de Judæis ita scribit: « *Similiter ad similes se convertisse, ad lapides se convertunt, quorum corda erant duriora et insensibilia lapidibus. Rei ac nocentes penam quam digni erant, parant et tentant inferre innocentibus,*

« *imo ipsi Deo;* » at vero Lucas Brugensis scribit: « *Cum illi lapides tollerent, ut scribit Augustinus, ut mitterent in eum, quod magnum erat, ut eos continuo dehiscens terra sorberet, et pro lapidibus, inferos invenirent? Non erant magnum Deo, sed magis erant commendanda patientia, quam exerenda potentia.* »

6. — Unde adimpletam fuit celestis illa oraculum, quo Spiritus Sanctus promissus, *Sap., xi, 7: Per quæ quis peccat, per hæc et torquetur*, quia sicut ipsi ad Messiam lapidandum manus suas lapidibus admovebant, ita quoque ipse illis futurum esse prædixit et vere contigit, quod in hujus immanissimi flagitii supplicium, Jerosolymis non remanserit lapis super lapidem: *Venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruat.* *Luc., xxi, 6.*

Jesus autem abscondit se.

7. — Querit hoc loco D. Chrysostomus, *Hom. lvi in Joan.*, cur non potius impetum et furorem ipsorum, per divinam suam auctoritatem et potestatem represserit, lunc enim viso prodigio utique credidissent: « *Ita enim credidissent; sed responderunt ipsos nequaquam inde ad credendum permovendo fuisse: Paralyticus sanavit et non crediderunt; innumera operatus est et in ipsa passione stravit eos supinos, et visum abstulit, et non crediderunt, et quomodo si id fecisset, credidissent? Animo enim desperato nihil pæjus, quamvis signa, quamvis miracula videat, in eadem perstat a pertinacia.* »

8. — Albertus Magnus hanc Christi fugam nequaquam ejus ignavie attribuendam esse monet: « *Non timore mortis; quia crucifixoribus occurrit, neque impotentia resistendi, quia uno verbo in inferno omnes præcipitæ potuit; cedens furori usque dum veniret hora passionis, docens nos furorem hostium pro tempore declinare.* » Beda quoque idem tetigit documentum, dum ait: « *Cur abscondit, nisi quod homo inter homines et factus Redemptor noster alia nobis verbo loquitur, alia exemplo? Quid autem nobis exemplo loquitur, nisi ut etiam cum resistere possumus, iram superbientium humiliter declinemus.* » Nec timendum est ideo nostram ledendam esse existimationem, quia ut ait S. Gregorius, *Hom. xviii in Joan.*: « *Imitatione Dei gloriosus est injuriam tacendo fugere, quam respondendo superare.* » Imo ipse quoque Seneca licet ethnicus dicit: « *Pasilli hominis et miæ seri est, repetere mordentem; mures et formicæ, si manum admovent, ora convertunt, imbecilliora se ledi putant, si tangantur.* »

9. — Chrysostomus dicit: « *Deus quando fugit hominem Sacramenti est, non pavoris.* » S. Bonaventura alias affert fugæ hujus rationes; dicit enim Dominum fugisse: « *Ex humilitate et ad*

« ostensionem suæ veræ humanitatis et exempli « exhibitionem, declinandi malitiam superborum et « ad exemplum patientiæ in sustinendo injurias. » Salmeron in hoc facto duas sententias verificari notat. Prima videlicet, *Prov.*, xix, 11 : *Doctrina viri per patientiam noscitur*. Secunda vero, *Prov.*, xx, 3 : *Honor est homini qui separat se a contentiombus*.

« Sunt enim, » inquit ulterius idem Auctor, « qui « dedecore ducunt, non semper respondere et repli- « care, ut ita ignem iracundiæ et contentionis « accendant et, ut dicitur, nimium altercando amit- « titur veritas. » S. Thomas alia duo fugæ hujus tangit mysteria, nimirum : « Ut daret fidelibus suis « exemplum declinandi persecutores suos. Secundo, « quia non elegerat hoc genus mortis, sed potius « in ara Crucis voluit immolari et quia nondum im- « pletum erat tempus, adhuc fugit. » Idem quoque S. Doctor Christum se in virtute divinitatis suæ, suis se inimici invisibilem reddidisse asserit : « Non « autem abscondit se sub lapide, vel in angulo, sed « potestate suæ Divinitatis invisibilem se eis exhi- « bens exivit et recessit. » Cajetanus quoque ait : « Redditus est invisibilis ab eis ; » id quod Jansenio occasione dedit dicendi : « Qui jam verbis suam « aperte significavit Divinitatem, eamdem reipsa « ostendit, cum abscondit se ab eis, reddendo se « illis invisibilem. » Dionysius Carthusianus hanc absconsonem duobus modis interpretatur : « Dupli- « citer potest intelligi, primo quod percussit eos « cæcitate, qua aliquid non videtur, cum alia « videatur, vel si videtur, non agnoscitur ; secundo, « quod Jesus divina virtute fecit, ne color corporis « sui immutaret visum Judeorum. »

10. — Quod ad sensum moralem vero S. Bonaventura observat Salvatorem, qui est is de quo scribitur : *Ego sum veritas*, se abscondisse, ad « designandum, quod eis veritas absconditur, qui « ejus verba contemnunt. »

11. — Salmeron alio modo hanc fugam ponderat, dicit enim : « Cavendum nobis est, ne dum « Christus per seipsum vel per Ecclesiam, vel per « Angelos et Prædicatores nos alloquitur, ne inquam « lapides tollamus, ne inquam dura corda assumamus, quæ nec beneficiis molliantur, vel flagellis « frangantur, nec lumini Dei cedant, quibus dicitur : *Hodie si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra*, nam Christus abscondit se ab « induratis. »

Exiit de templo.

12. — « Designans derelictionem illorum, » inquit Albertus Magnus, « et transitum ad gentes, « *Matth.*, xxiii, 38 : *Eccc relinquetur vobis domus « vestra deserta.* »

13. — Rupertus Abbas Tuitiensis considerat quod infortunia, quæ ipsis deinceps obvenirent, satis illos a Deo derelictos et abjectos esse subindicant : « Mala subsequencia praverunt vere de « templo illo exiisse et de civitate illa abisse Ie- « sum. »

Additio.

a. — *Tulerunt ergo lapides ut facerent in eum*. Ipso in templo Christum intentant lapidare Judei, sed valde notandum est quod Jesus statim se subduxit ex templo, ad indicandum quod in penam jam templum illud carebit Christi presentia in perpetuum, quod gravissimum supplicium est. Sacro- rum enim locorum profanatores a Deo poena puniuntur æterna, sequæ divina misericordia indignos efficiant. S. Paulus Apostolus, *I Cor.*, iii, 17, ait : *Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus*. Quæ verba, licet de mystico Dei corpore, quod nos sumus, intelligi possint, quia Paulus ante præmiserat : *Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis ?* Unde Hugo Cardinalis dicit super illum textum : « Quod facit omnis peccator mortali- « ter ; » attamen etiam literaliter de templo materiali, quod in Dei honorem consecratum et dedica- tum est, intelligi queant. « *IV Reg.*, x, 27, legitur « quod Jehu violavit templum Baal et fecit cloacas. « Nunquam vero aliquis sic fuit iniquus, ut id face- « ret templo Domini, » inquit præfatus Hugo, « sed « nos quotidie hoc facimus de templo Domini, id « est, de cordibus nostris. Josephus narrat quod « Pompeius fecit de templo Domini stabulum « equorum, sed nos de nobis facimus præsepe « dæmonum. » Elius Adrianus posuit idolum Jovis « in templo, sed nos omnia idola dæmonum poni- « mus in templo quod nos sumus. » Ac proinde merito nobis Apostolus comminatur dicens : *Disperdet illum Deus*. Ubi idem Hugo ait : « Disperdet « eum, scilicet in corpore et anima, quasi sacrile- « gum. » Hoc deplorat Jeremias, *Thren.*, iv, 1, dum ait : *Quomodo dispersi sunt lapides sanctuarii ?* Similem quoque expositionem S. Thomas eisdem verbis adhibet dicens : « Violat aliquis templum per pec- « catum mortale, per quod aliquis, vel seipsum cor- « rumpit, vel alium opere, vel exemplo. » Quotquot enim Deum in templo materiali offendunt, primo quidem templum animæ propriæ profanant, secundario vero, etiam domum Dei, per irreverentiam suam, et maxime per scandalum, et pravum, quod aliis in ea exhibent, exemplum dehonestant. « Sic « autem, » inquit S. Thomas, « dignum est ut dis- « perdatur ille a Domino, per damnationem æter- « nam. »

FERIA SECUNDA PASSIONIS

EVANGELIUM JOANNIS, CAP. VII, VERS. 32

32. Miserunt Principes et Pharisei ministros, ut apprehenderent eum.
33. Dixit ergo eis Jesus : Adhuc modicum tempus vobiscum sum, et vado ad eum qui misit me.
34. Quæretis me, et non inveniatis, et ubi ego sum, vos non potestis venire.
35. Dixerunt ergo Judæi ad semetipsos : Quo hic iturus est, quia non inveniimus eum ? Numquid in dispersionem Gentium iturus est, et docturus gentes ?
36. Quis est hic sermo, quem dixit : Quæretis me et non inveniatis, et ubi ego sum, vos non potestis venire.
37. In novissimo autem die magno festivitatis stabat Jesus, et clamabat dicens : Si quis sitit, veniat ad me et bibat.
38. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.
39. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.

VERSUS 32.

Miserunt Principes et Pharisei ministros, ut apprehenderent eum.

Miserunt.

1. — Theophylactus hoc loco observat quod turba adversus Salvatorem murmurans satis se quoad affectum solitum et fidem in eum plurimum remisisse ostendat : « Nam a Principibus separari « volebat id, quod illi sentientes miserunt ad com- « prehendum Jesum, ob eam duntaxat causam, « quod Christus esse credebatur. Miserunt, sed « non ipsi venerunt, metuentes turbam ne tumultu- « tuaretur, et propterea ministros mittant, seipso « subducentes, ne quid periculi subiretur, illos « autem furori populi exponentes; ita undequaque « quod suum erat, sectabantur. » Etenim tritum est proverbium, quod lacrata veste, senta projeciantur in aera; Principes enim ut plurimum subditos periculo et manifesto facultates et vitam suam amittendi discrimini exponunt, ut suas prosequan- tur male consultas resolutiones et proposita, cum tamen potius ipsis auctoritate et consilio suo ipsis secuti et haste loco in eorum defensionem inservire deberent. Porro finis quem apparenter habebant, erat ut Dei zelarent honorem, ideo enim Filium ejus, veluti sabbati transgressorem accusabant, cum tamen, in substantia, mera ducebantur invidia; ita namque persepe fieri solet, quod Principes sub pretextu boni publici in totale exterminium redigant subditos, in veritate autem agebantur per passionem suas privatas, non vero propter universale beneficium subditorum.

Principes.

2. — S. Cyrillus Alexandrinus, *lib. V in Joann.*, dicit : « Quodque minus ferendum est, non homi- « num de trivio hæc deliberatio est, sed cadunt « talia Sacerdotum Principes. » S. Bonaventura quoque eandem habet observationem, scilicet quod ad hanc, quam Christus intendebat, captivitatem instituendam, non se turbæ moverint, sed Principum duntaxat ea resolutio fuerit : « Non multi- « tudo, quæ Principatum non cupiebat, neque a « modore capi poterat. » Quotquot enim imperium moderantur habent, alios præter ipsos honorari ferre non possunt. Principes miserant, inquit Glossa, « audito murmure, quo Christus a turba « glorificabatur. » Ecce remunerationem quam Magnates Deo exhibent, qui eos sublimavit in hoc seculo, *Ose.*, vii, 15 : *Ego confortavi brachia eorum, et ipsi cogitaverunt in me malitiam*. Solus Deus est, qui potestatem et dominium Principibus contulit, *Prov.*, vii, 15 : *Per me Reges regnant*, unde Judææ Presidi aperte dixit, *Joan.*, xix, 11 : *Non haberes potestatem, nisi tibi data esset desuper*. Et in libro Sapientiæ, vi, 2, Spiritus Sanctus dicit : *Audite Reges et intelligite : Datus est a Domino potestas vobis; videte autem qualiter potestate sibi a Deo collata abutantur, nimirum ad Christum Dei Filium capiendum et mortem ei machinandum : Miserunt ministros, ut, etc.* Salmeron proinde, *tom. VIII, tract. xxxvi*, ait : « Instruimur ex hoc loco omne malum « oriri a falsis Principibus, sicut omne bonum a « bonis; unde apud Danielem legitur : *De Babylone « egressa est iniquitas a senioribus iudicibus, qui « videbantur regere populum.* » Christus confusus est